mebru(m) est naturalit(er) strictu(m) siue accidentalit(er) app(ro)p(r)ia(tur) [?] g(e)n(er)ationis / Accidit ut r(ati)one balnei / uel potus / Vel p(ro)p(ter) stiptica accepta p(er) os claudencia et (con)strigentia os uulue / Causa est dispo(sitio) h(um)or(um) / ut q(ua)n(do) e(st) m(u)lto paucior q(uam) deberet / ut in mulierib(us) ethic(is) et consu(m)ptis qualescentib(us) ab egritudinibus mult(is) long(is) / et de isto nichil hic / Vel quia h(um)or e(st) multu(m) grossus et viscosus r(ati)one cui(us) no(n) est fluxus / ymo opilationes multe r(ati)one qua(rum) san(guis) fluere no(n) p(otes)t / et ineptus est fluxui / et de isto nichil hic / Tercia causa est dispo(sitio) v(ir)tutis retentiue fort(is) / et expulsiue debilis / et hoc q(ua)n(do) villi t(ra)nsuersales su(n)t multu(m) fortes p(er) quos op(er)atur v(ir)tus retentiua / et dimitto alias causas ut est / cicatrix / vulneris / casus / que no(n) su(n)t bene curabiles / (et) p(ossu)nt reduci ad istas tres predictas /

Cum sanguinis

Docet curare mestrua retenta p(ro)p(ter) na(m) p(ri)mo p(ro)p(ter) trosc(iscos) [...] q(uan)do ex retentione mestruo(rum) seq(ui)t(ur) pass(i)o / trosc(isci) de mirra fiu(n)t et confectio e(st) hec / Rx mirre ʒ iii lupino(rum) optime trito(rum) ʒ v folio(rum) ruthe mentastri pulegii sauine rubee tincto(rum) asse fetide serapini opoponac(is) om(n)i(um) an(a) ʒ iii informetur trosc(iscus) / pondere ʒ ii ex quib(us) de(tur) vnus in die cu(m) aqua ubi se fuerit cocta sunt / hec na(m) medicina adeo est vehemens in p(ro)uocandis mestruis et fetu(m) eicit si qua(n)do sepe eo vtatur / Causa est quia isti trosc(isci) subtiliatiui sunt (et) incidunt h(um)ores gross(os) et su(n)t multu(m) calidi / (et) ap(er)itiui et mordent (et) su(n)t amari / (et) acuti / io remouet malam disp(ositi)o(n)em h(umi)dam / Et quia ap(er)itiui io remouet mala(m) disp(ositi)o(n)em mebri et quia acuti io fortificant expulsiua(m) / et su(n)t multiue p(er)fectionis s(ecundu)m veritatem q(ua)n(do) retinetur mestrua de grossicie h(um)o(rum) / Secundo no(tandum) q(uod) dicit eicit fetu(m) / Qu(ando) fetus d(ebet) expelli q(ua)n(do) est mortuus (et) cognoscit(ur) ex his(?) / P(ri)mo ex motu d(e)mu(n)to mulie(r)is de latere in latus / (et) similit(er) mouet(ur) ad motu(m) mulier(is) de latere ad latus / (et) signu(m) est q(uod) est mortuus quia no(n) adheret ligame(n)to matris / (et) hoc facimus (con)tin(u)e / Sc(ilicet) cognoscit(ur) p(er) fetore(m) anhelitus quia q(ua)n(do) mortuus est p(er) duos dies uel tres anhelitus fetet r(ati)one corrupcionis fetus in matre / Terciu(m) signu(m) est certum ut si vetula ponat manu(m) in aqua ca(lida) [?] (et) ponat sup(ra) ventre(m) / (et) iterato alia vice (et) fiat mult(is) vicibus / et si contingat q(uod) p(ro)p(ter) frequenta(ci)o(n)em app(ositi)onis ma(nus) fetus moueat(ur) signu(m) est q(uo)d est viuus / Et si nullo mo(do) senciat signu(m) est q(uod) est mortuus / (et) sic feci in villa ista (et) fuit curata / fetus viuus no(n) d(ebet) expelli an(te) t(em)p(us) simplicit(er) (sed) d(ebet) adiuuare ad p(ar)tu(m)

no(ta) trosc(iscos) de mirr(a)

no(ta) signa fetus mortui 3(?)a

no(ta) b(e)n(e)

facilem mulieris. Nota que expellunt fetum mortuum debent esse for-
tioris virtutis quam illa que iuvat ad partum faciliorem faciendum et sunt spe-
cialiter tria unum quod sumitur adiutus ʒ ij de galbano dissolutum in lac-
te casimo quarta parte vel ʒ j et potetur et expellit fetum mortuum.
Secundum est suppositorium Recipe ellebori nigri staphisagrie aristolo-
chie bothor marme granorum laureole pulpe coloquintide armoniaci
ana ʒ ij fellis bovini ʒ j armoniacum dissolvatur in succo arthimesie cum
quo alia misceantur et fiat suppositorium et est hoc prius pulverizanda pul-
verisetur Et etiam coquantur ut fieri possint in liquida substantia et immitti
matrici. Tertium est emplastrum positum supra ventrem inferius sub
umbilico et sunt duo fortia primum est Recipe galbani ℔ semis malaxetur
cum succo arthimesie et extendatur super aluta ad quantitatem unius pal-
me in longitudine et duorum digitorum in latitudine et est multum forte. Recipe
succi ruthe ℔ semis mirre pulverizate ʒ iij pulpe coloquintide quantum sufficit ad incorpora-
dum misce et fiat emplastrum mediocriter liquidum et extendatur supra
pannum et calidum ponatur supra ventrem. Et dimitto extrahere fetus
cum instrumento quia spectat ad cyrurgicum et est ultimum remedium
Nota quod illa que iuvant ad facilem partum sunt duplicia quedam sunt
que competunt ante partum que sunt sine periculo sunt tria levia que
fario nec alia libenter faciem primum est quod ante per novem dies vel plus
utantur caritis bene pinguibus in principio prandii et cene quia re-
laxant vias et mollificant partes inferiores. Secundum est frequenter in-
trare balneum specialiter ex rebus mollificantibus ut malue bismal-
ue et aque dulcis odoris. Tertium est ire ascendendo et descen-
dendo facit enim hoc ut fetus facilius descendit inferius et illa
que iuvant in actu partus sunt duplicia quedam sunt instrata ab
tus et sunt tria magis gnara et experta ab actoribus unum est ʒ vj
de corticibus cassiafistule cum vino albo vel cum brodio cicerum ru-
beorum vel istud Recipe asari castorei subtiliter pulverizatorum et admisceatur
omnibus cum brodio cicerum rubeorum. Tertium est quod dicit auctor quod
non est sibi par Recipe mirre castorei storacis calamite ana ʒ semis cinna-
momi electi savine ana ʒ semis et incorporetur cum melle et fiant pille
Sed illa que valent ab extra sunt duo unum est decubitus mulieris
multus quia debet decubere supra ventrem suum genibus flexis ap-
plicatur umbilico et fortiter se comprimere Et sic tunc provocetur vomitus
vel sternutatio de facili fetus expellit. Alie sunt medicine et sunt

nota que expellit fetum mortuum et sunt tria

nota

nota que debent facere facilem partum

quatuor inter alias ¶ Una est gordonii de agrimonia et alligetur inter alias coxe quod radix sit directe versus partem superiorem et folia versus inferius ad pedes sed facto partu statim removeatur ne matrix exeat. Similiter expertus est quod magnes id est lapis qui attrahit ferrum allegatus coxe ymo solum si portetur in manu sinistra facit hoc idem. ¶ Tertium est corallus rubeus alligatus coxe dextre ¶ Quartum est quod crocus conquassetur et ex eo fiat sicut meus et alligetur coxe ¶ Et si contingat quod post partum remaneat magnus dolor ita quod non sit ausa intrare balneum usque per septem dies vel novem usque quo non sit bene purgata habeo duo remedia ad removendum dolorem illarum partium ¶ Unum est sacculus factus ex semine lini et modicum de floribus camomille conquassentur ut bulliant in aqua propter et pannus madefactus compressus supra ventrem ¶ Vel spongia infusa et expressa applicetur matrici et valet quia mollificat sanguinem globatum et mitigat dolorem ¶ Secundum est istud et scribitur in thezauro pauperum emplastrum factum ex cepe al cocto et butiro vaccino sine sale et misce et extendatur supra pannum et applicetur veni calidum

Ventose quoque

docet provocare menstrua per ventosa dicit ventose quoque subtus curvatura poplitis sunt ponende et minucio de sophena facienda est postremo quoque supponende femori id est coxe domestice ¶ Flomia de sophena que est in parte ... licet ab eodem trunco procedant de sophena et sciatica tamen flomia de sophena plus valet in menstruis et alia in dolore sciatice et in opposito. Verum est quia Avicenna hoc dicit quod et hoc vidissem per experientiam

¶ Causa est quia iste vene sunt colligate cum venis matricis et quia trahit sanguinem ad partes inferiores et deopilat epram matricem ideo valet ad provocandum aborsum mulierum ¶ Item ventose valent propter eandem causam quia posite sunt supra genua vel sub coxa et distrahunt et aperiunt vias matricis et dicit Avicenna quod in mulieribus raris magis proficiunt quam flomia ¶ Nota quod quedam sunt que valent in provocatione menstruorum ¶ Unum quod accipitur per os et talia sunt multa unum potest esse tale ℞ radicis rubee maioris ʒ i radicis brusci sparagi graminis radicis apii ana quarta sed arthemesie savine nepite valeriane calamenti pulegii ana ℈ i mollisse ℈ ii siseleos ʒ ii xilobalsami carpobalsami seminis melonum mundatorum ana ʒ i spicenardi ʒ ß

nota quod mitigant dolorem post partum

liquiricie rase uvarum passarum et ana ℥ i florum anthos florum sticados ana ℥ i conquassantur mellis electi lb s(emis) zuccari al(bi) quartas iij fiat sirupus clarificatus ad lb i et s(emis) et administretur cum brodio cicerum. Et si sit mulier delicata distemperetur sirupus cum lb iiij or clareti electi coletur bis per manicam et reserve in vitro et potet quolibet mane unum globellum et sero similiter et si indiget purgatione purgetur potato sirupo toto cum benedicta et quod communiter est notum.

¶ Secundum quod provocat mestrua et est maxime virtutis est aqua rubee maioris distillata quia quam cito ingeritur egreditur sanguis purus et clarus. ¶ Tertium quod valet pauperibus est usus longus cinericiis arthimesie quolibet mane ieiuno stomatho duos bolos. ¶ Quartum est commune et est usus trifere magne sine opio accipiantur quantitas vitellii i cum vino aliquando cum brodio cicerum rubeorum. ¶ Quintum est iste potus et frequenter administratur post balneum. ℞ radicis rubee maioris ℥ i s(emis) seminis ziseleos ℥ iij seminis fenugreci faseleorum rubeorum cicerum nigrorum ana p(ugillum) s(emis) decoquatur in lb s(emis) aque usque redeant ad quartam i et coletur et colatura cum modico zuccari administretur vel modico aceti. ¶ Aliud principale quod iuvat ad provocationem mestruorum est balneum istud. ℞ arthimesie savine ana m(anipulum) iij foliorum bacce foliorum malve bismalve seminis bacce seminis lini seminis fenugreci tisture seminis sinapis seminis lavendule siseleos ana ℥ i seminis petro seminis feniculi anisi aneti azari dauci ana ℥ s(emis) florum camomille florum sambuci florum anthos utriusque sticados ana ℥ i conquassantur et fiat sacculus ad quantitatem unius palme et medie contra cuius partem in quo sedeat mulier in balneo et valet istud balneum quia est compositum ex mollificativis aperitivis confortativis virtute expulsivam et debilitantibus retentivam et opilationes aperiunt et madunt viscositatem et subtiliant humores grossos. ¶ Et communiter est error quia apponimus aperitiva et non mollificativa ymo melius operantur cum mollificativis et aperitivis simul quia debilitant virtute contentivam. ¶ Certum principale provocans menstrua est pessarium et potest esse in substantia dura vel liquida. ¶ In dura potest esse tale et communiter utor et omnia alia inducunt ardorem ymo quandoque excoriationem sed non istud. ℞ radicis gentiane pulegii regalis ana ℥ ij nigelle ℥ i carnium sicaue q(uantum) s(ufficit) ad incorporandum. ¶ Iste carnes sicaue faciunt quod alie medicine non faciunt dolorem errorem ut mordicationem pulverizata pulverizentur misce omnia malaxando cum succo mercurialis et fiat massa et mulier faciat.

no [illegible] provocant mestrua

aliud fiat pessarium sic et est fortius ℞ genciane dictamni staphisagrie coloquintide nigelle pul. ana ʒ i misce omnia malaxando cum succo cucumeris asinini et fiat massa.

pessarium ad voluntatem et esset fortius si fieret cum succo cucumeris
asinini et fiat pessarium ad modum glandis et exhibeatur quando voluerit
Vel sic et est fortius ℞ genciane ℥ ii se. staphisagrie coloquintide
nigelle ana ʒ i ℥ ß carnium sicuum q. s. ad incorporandum puluerizentur
misce omnia malaxando cum succo mercurialis et fiat massa et
potest fortificari cum elleboro al. vel euforbio et non est aliud fortioris
virtutis quam istud pessarium quod valet in liquida sed est duplex primum
est istud ℞ succi cucumeris asinini ℥ ß succi mercurialis quantum
sufficit misce et suppositorium de bombace intingat et supponat ¶ Item
pessarium iuuans ad conceptum et ad conceptum et ad purgandum
matricem est istud ℞ radicis rubee maioris radicis cyperi ana quantum sufficit
arthimesie savine ysopi calamenti pulegii regalis ana m. i size-
leos ʒ i nigelle ℥ ii pul. coloquintide ℥ ß mellis olei dolibo ana quartarium
ß succi arthimesie ʒ i benedicte ʒ vii fiat pessarium q. s. pro
duabus vicibus et caueas quod non ponas incerepta pessarium
diutius fiat colatura et non plus et mulier sciat quid faciat et
quanto fortius prouocatur in matricem tanto fortius purgabitur
matrix et prouocatur primum instrumentum aptum ad hoc ¶ Quartum principale
quod iuuat ad prouocandum menstrua est emplastrum et sunt duo primum in
orificio vulue et aliud ponitur sub umbilico et istud facio in mulieri-
bus quia sunt virgines ponitur in orificio vulue ut virtus melius
penetret ℞ benedicte quartarium ß turbith gumosi mundati interius
et exterius ℥ ß nigelle ℥ i mellis ʒ v puluerizanda puluerizentur misce omnia
et fiat emplastrum quod supra ventrem ponitur istud et est vnguentum iu-
uans ad mollificandum ne fiat error cum apertiuis ℞ mussillaginis
se. lini mussillaginis se. femigreci ana ʒ i butiri sine sale ℥ ii axun-
gie galline axungie anatis axungie anseris medulle vituli ana
℥ ß armoniaci quartarium ß olei sizamini olei amigdalarum dulcium ana
quartarium i cere modicum et misce et vngatur mulier ante et retro et
postea virtute debilitata retentiua et viis dilatatis ponitur sub
umbilico emplastrum de galbano vel illud emplastrum facies ad expulsionem
fetus mortui et multum prouocat menstrua ¶ Nota mirabile probatum
et expertum ad matricem purgandam et specialiter cum peccant humores fleu-
matici ℞ succi apii mercurialis arthimesie ana ℥ i mellis ℥ ß farine
se. nigelle ʒ i vel ʒ ß misce omnia postea tantum rubeorum tinctum
cum bombace et forma inde tentam admodum pessarii et intinge
totum in predicto liquore et ponat mulier in matrice et liget cum filo

ut possit exibi Item no[n] adidem Rx radic[is] malve grossam admodum
digiti aliquantulum longiores radatur extus et supponatur pul[vis] stamonee
et supponatur prius in ungatur cum melle. Cintum pu[lve]le q[uo]d iuvat ad
provocandum menstrua est extracta sanguinis p[er] flomiam ex sophena
interiori p[er] ventosam sicut dictum. Nota q[uod] purgata matrice cum hijs
que dicta sunt que faciunt ad retentionem sanguinis ut fiat conceptus
et ad hoc tria in generali requiruntur. Primum est dilectatio viri et mulier[is].
Secundum est confortare virtutem retentivam matricis. Tertium est q[uod]
semen receptum p[er]maneat in matrice. Dilectatio viri et mulieris
p[otes]t fieri duobus modis uno modo ab intus recept[e] et est Rx pul[vis]
dyasatirion ℨ. ß. ʒʒ al[oes] ℨ. j. galange been al[bi] et rub[ei] se[minis] bantie se[minis] te-
pe an[a] ℨ. j. caudarum stingorum et est p[ro]p[ri]e[tas] quidam qui inveniunt in appo-
thec[is] ungorum ℨ. ß. g[?]serne anthos q[ue] sive satados arabic[e] tetevat citri
q[ue] diti an[a] ℨ. ij. terebellorum passerum terebellorum passerum columborum mo-
dicum siruporum an[a] ℨ. j. fisticorum mundatorum integrorum ℨ. ij. panis zuc-
car[i] al[bi] lb. j. fiat electuarium de quo comedat unum bolum cum prandio
et unum cum cena. In muliere p[otes]t addi pul[vis] trifere magne sine opio
ℨ. j. et ß et addatur plus de zuccara vel sic comedat avellanas con-
ditas cum pane zuccari in quo ponit pul[vis] ʒʒ et loco istius val[et] ʒʒ co-
dicum que calefacit et ventositatem inducit. Ultimum est Rx se[minis] sparagi
eruce se[minis] bantie se[minis] tepe an[a] ℨ. ij. testiculorum vulpis secatul[?] conditi i[n]
ungorum cum pane zuccari matropipis an[a] ℨ. j. se[minis] feniculi ℨ. ij. cau-
darum stingorum ℨ. j. et ß. been al[bi] et rub[ei] an[a] ℨ. j. ... cinamomi ℨ.
ß. senapi se[minis] zisamini an[a] ℨ. ij. q[ue] sive anthos q[ue] sive satados arabic[e]
an[a] ℨ. ij. zuccar[i] q[uantum] s[ufficit] fiat electuarium. Vir qui vadit coire comedat
cicera cum cepis frixis et pul[vis] ʒʒ et vidi p[er] experientiam. Illud q[uo]d ab-
solute provocat dilectationem quamvis sint multa ponam nisi unum experi-
mentum Rx succi satirion clarificati lb. j. aromatice cum ℨ. j. musti elta
meo dissoluti cum quo abluantur virilia utriusque et p[ro]fert et venerem. Secundum
est confortare virtutem retentivam matricis et ad hoc iuvant tria s[cilicet]
balneum pul[vis] et suppositorium. Balneum ut prima die sequente post mun-
dificationem que facta mundificatione menstruorum d[ebe]t fieri impregnatio
tunc balneetur in aqua decoctionis furfuris tritici avene ut fiat
matrix aspera aspera ut bene teneat. 2o. die balneetur in isto Rx
...mitatum mirti recent[is] m. iiijor. foliorum valeriane nepite mellisse
arthemesie an[a] m. j. ros[arum] rub[earum] quart[a] j. conquassentur cum omnibus fiat
balneum. Istud balneum est stipticum et confortat virtutem congitivam

Nota 3a sunt i[n] dilect[atione] in conceptu

matricis/ et exitu de balneo sumat de illo pul. ℥ j. de sero et de mane
℞ testiculorum leporis exsiccent taliter quod pulverisari possent seminis
siseleos athanasie seminis mercurialis ana ℥ j. rasure eboris ℥ iij pa-
nis zuccare ad pondus omnium fiat pul. et post bibat modicum de
vino odorifero. Idem facit si modicum pul. testiculorum leporis no-
velli ligni aloes rasure eboris conficiantur cum aqua decoctionis
camaleonte supponatur et quando voluerit vinum vino removeatur.
Et istis factis vir post mediam noctem appropinquet mulieri ex-
pulsis superfluitatibus ipsam primo osculando amplexando tangen-
do eius mamillas specialiter radices mamillarum et elevet eas et
ypicondrion .i. locus qui inter ... et vulvam/ Et cum mulier est bene
calida cuius signum est quod incipit loqui balbuciendo vir mittat se totaliter
ei eam supponendo fortiter et se supposito in matrice fortiter iungat
se cum ea ne aer possit intrare non removendo se per aliquod tempus
super eam. Et post aliquod tempus separet se ab ea et ipsa fortiter
constringit coxas suas ut labia due vulve fortiter constringantur.
Et postquam stetit per aliquod supina volvat se ad aliquod latus et si vo-
luerit habere masculum volvat se ad latus dextrum/ si feminam ad latus
sinistrum/ et dormiat. Et si contingit quod vir habet virgam nimis
longam ponat pulvinar parvum iuxta testiculos. Et si virgam parvam
ponat pulvinar durum sub anchis mulieris ut subintret sursum
et in recto semine ponatur suppositorium in collo matricis quod prohibeat/ ex-
pulsionem seminis ℞ galle non perforate ℥ j. squinanti ℥ ß fiat pul.
et ponatur in panno lineo raro et fiat sacculus oblongus et informetur
et supponatur et removeatur quando voluerint/ et omnia ista presupponunt quod
vir habeat satis de semine et quod abstineat per tres septimanas vel me-
sem quia si cottidie faceret non valeret semen. Nota emplastrum adiu-
torium est Gordonij ℞ lapdani purissimi ℥ ij mastices olibani aloes
ana ℥ ß storacis calamite mediane corticis cinamomi sannine ma-
iorane xilobalsami carpobalsami opobalsami nucis cypressi ros-
mis ana ℥ j terebentine modicum pulveranda pulverentur conquassanda
conquassetur misce omnia malaxando cum oleo de lilio et fiat em-
plastrum ad quantitatem unius palme cum dimidia in longitudine et unius
in latitudine et extendatur super aluta et applicetur pectini hoc enim
emplastrum matricem fortiter confortat et in ea semen conservat. Nota:
balneum restrictivum colli matricis ℞ foliorum quercus foliorum sorbe

foliorum mespilorum foliorum agni mome al' sumitatum bedegaris foliorum cypressi ana ℥ i sumitatum mirti valeriane nepite ana ℥ ij et fiat sacculus in quo sedeat in balneo sive cum bulliat ille sacculus post balneum fiat istud suppositorium Rx nucum cypressi gallarum non perforatarum gallarum non perforatarum gallarum quercus squinanti foliorum cameleonte ana ʒ s ros' rub' ʒ ij pilorum leporis ʒ s fiat pul' et ponatur in panno lineo raro ad longitudinem unius digiti et eius grossitiem infundatur in vino decoctionis florum cameleonte capiendo et in exitu balnei applicetur profunde.

De ragadiis vulve et nasteuris

Circa nichil notandum quod ragadia in vulva est duplex una intrinseca et alia extrinseca Causa extrinseca potest esse siccitas fortis comprimens vel caliditas inducens siccitatem vel alia multum acuta vel pugitiva ut ungenta calida ut illa ubi intrat nigella euforbium alia potest esse ut humor nimis calefaciens orificium interius inducens corrosionem et mordicationem in orificio ut fluxui menstruorum assuetae solent fieri in dissinctia vel ragadia s' ani Alia causa est res inducens ulcus in collum matricis et istius ragadie duplex est causa s' intrinseca et extrinseca Extrinseca est res acuta remanens in collo matricis ut suppositorium in quo intrat nigella orobus et similia Intrinseca est humor acutus mordens magis manens in orificio exterius Alia est ragadia que est in profundo in sba matricis intus in grano matricis et potest esse duplex causa intrinseca et extrinseca Extrinseca possunt esse res liquide irritantes gravitatem matricis que sunt facte ex rebus multum calidis vel acutis et possunt esse in liquida sba ut ubi intrat nigella et euforbium Causa intrinseca est humor calidus et acutus vel apta recipitur et sic de similibus aliis Et quelibet istarum ragadiarum vel fissurarum quod idem est vel est sine sanie ut in principio vel cum sanie ut in processu Et quia humor est multum calidus et est defectus virtutis et caloris naturalis hinc specialiter determinat de ragadiis que sunt in parte exteriori matricis quia intra(?) superius absisto ponit curam apatis matricis et in capitulo de ulcere et cancro Et curande sunt hee ponit curam ragadiarum matricis primo quando non sentitur punctio s' hec curande sunt ex mediatione ragadiarum cum pessarium quodam et ex adipe anatis et ysopo cerato et medulla cruris tepidi mixtis cum cera dissolutis moles de libio aut nasturtio subiciatur quod si nec fe nec acuitas assiut competit Causa est quod ragadie

ut dictum est causant a frigiditate poriorum compressionis inducentes siccitatem et ideo quia sunt ca. et hu. competunt ratione frigiditatis et siccitatis que sunt causa illarum. Sed presuppono quod competunt cum consolidativis et de istud quod dicetur in parte sequenti et si sit sanies competunt post mundificativa saniei et mundificetur cum ydromelle vel cum vino in quo mel rosarum sit dissolutum yreos i. lilio **Quod si fe.** ponit curam qui sentit punctionem dicit quod si sint cum calore et acuitate oleum rosarum adhibeatur vngto quorum decenisa simul fiat pessarium. Si autem calor sint vehementes fiant succus portulace lactuce aut musillaginis se. psillij et fiat tabula de plumbo. Similis marmoreo ibi teratur colores et sint in circuitu labium pe... et ponantur in eis aliquid de predictis succis et cum pistello calido plumbeo adeo super ipsum moveatur donec de plumbo multum predicto liquore inficiantur et inspissetur succus et ex eo fiat pessarium postquam oleum rosarum ei admixtum sint et supponantur hoc enim medicamen cautio coloratum in matrice optimum existit et aliis similibus. Causa e. de oleo rosarum quia est infrigidativum et cum hoc consolidativum sed cum debet precedere mundificativum ut ydromel vel mel rosarum dissolutum. Quare valet iste sirupus fortiter commixtus cum pistello calido. Causa est quia ratione plumbi efficitur consolidativus. Si autem ragadia sit in collo matricis tunc fiat cum tenta et ponatur in orificio. Si sit in concavitate oportet proici primo mundificativum in liquida forma et postea consolidativum et inter alia mundificativa est lac secundum actores si proiciatur intus vel si sit vlcus magnum detur decoctio absinthij et ysopi cum modico mellis et iniciatur vel decoctio radicis yreos quia consolidat et mundificat. Nota istud vngentum consolidativum. Recipe dragaganti gummi arabici infusi in aqua rosarum cerusse lote aloe lote olibani sandraci ana ℥ j litargiri ℥ ß olei rosarum ℥ ij cere q. s. pulverizanda pulverizentur misce omnia et fiat vngentum. Consolidativum in forma liquida ad iacendum in matricem sit tale. Recipe cerusse lote san. dra. boli armenici ana ℥ ij conquassentur et bulliant in quartis j et ß lactis caprini usque quo redeat ad quartis j coletur et colatura iniciatur. Ad removendum pruritum et ardorem valet suppositorium de bombace infusum in oleo rosarum vel aqua plantaginis. Similiter valet ablutio cum aqua ca. simplici vel balneum aque decoctionis rerum frigidarum ut mirte rosarum lenticum etc.

De apostemate quod fit in matrice

Circa rubricam nota quod apostema quod fit in matrice est duplex quoddam est quod fit a materia calida quoddam a materia frigida. Quod fit a materia calida tunc est febris ardentissima et dolor in tensus cum...

et cum sit membrum multum dolorosum frequenter sincopis dolor stomachi et
cordis ratione colligantie et ut plurimum est incurabile et si contingat
quod sanies fluat laudabilis signum laudabile est quod raro contingit
quando ibi sit febris quia ratione doloris trahuntur calor et spiritus ad illum
locum et putrefiunt ibi et tunc illa materia potest tunc ibi febrem causare et
tunc sunt talia signa scilicet menstruorum retencio et propter hoc tenuit regimen
multiplicatum [illegible] vel [illegible] et de aliis signis dictis supra
Aliquando potest fieri a ventositate et aquositate et hoc raro et quando ex ventosi-
tate tunc est magnus rugitus Sed si ex aquositate tangitur cum digi-
to et cedat tactui et est gurgulatio in matrice Et de istis casibus non
ponit curam **Sed cum apostemate** ponit curam apostematis
matricis primo cum febre dicens si cum apostematibus istis adest calor et febris flo-
bothomia fiat ex basilica et propter hoc ex aqua [illegible] et liniatur re-
nes et femur et ylia et fumetur [illegible] tali apostematis ita
quod infrigidetur locus quantum possibile sit Causa est quia si febris sit de sanguine
competit flebotomia directe quia distrahit materiam facientem fluxum
sanguinis ad illum locum et prohibet augmentum apostematis Si ex alia materia
fuerit febris competit flebotomia indirecte et ideo prohibet augmentum apostematis
Quare debet infrigidari locus quia illa frigida repercutiunt materiam
ut non fluat ad locum et quia removent distrasiam et ideo [illegible]
[illegible] si apostema esset in augmento competerent maturativa et ista dicta
sunt capitulo apostemate renum et vesice Et illa que competunt in apostemate matri-
cis competunt in cura apostematis vesice verum est quod plures competunt
in iectiones et de hiis dicte sunt recepte supra **Si vero** ponit
curam quando est sine febre principaliter dicens Si vero post febrem et acuitas conve-
nerint remanserit aliquid ex apostemate ex in iectionibus liquidis cu-
retur et mulier huiusmodi liquidis sedeat donec mollescat et
maturetur Causa est quia ista sedant dolorem et mundificant
Sed quare quando non est febris competit mollificativum Causa est quia sig-
num est quod illud quod est calidum de materia est resolutum et residuum in-
duratum et primo competunt mollificativa dicta supra capitulo de apostemate matricis
Pessarium mollificativum ponit curam pessarium dicens
pessarium mollificans apostemata matricis datur et conferens doloribus
in coactis et paulatim eos quiescere faciens Recipe adipis anatis me-
dulle cruris cervi vaccini bdellii mellis croci ovi assati [illegible] olei
delilio omnium ana partes equales dissolvantur in vino aut [illegible] et fiat
ex eis pessarium est enim optimum ad sedandum dolorem matricis

et molliendo duritiem eius **Paciens sedeat** ponit curam per balnea dicens pa. quod sedeat in aqua in qua cocta sit fenugrecum et se. lini et camo. et mellilotum et caulium ex infirmitates sigillatim. Causa est quia mundificat balneum et mollificat resoluendo et dolorem sedat et per ista intelligit similia mollificatiua et si fiet de radice lilii mag. competeret quia inter omnia mundi valet ad sedandum dolorem matricis et frequenter dico parturibus quod habeant radices lilii et quod pistetur et decoquatur in oleo et post colatur radix et cosmatur bene ut virtus maneat in oleo et inungat locus et fortasse plus valet quam alia medicina ;

De ulceribus matricis et cancro Circa rubricam nota quod ulcus matricis in plus se habet quam cancer quia in cancro matricis est ulcus sed non econtra. Cuius signum est dictum est quia in cancro cum illo ulcere matricis est durities notabilis in matrice quia fit amatia dura et illud quod exit a matrice est multum fetidum et diuersorum dolorum. Unde ubi est ulcus matricis oportet quod ibi sit cancer. Sed ubi est cancer propter eius malitiam ibi est ulcus **Cum ex uulua** ponit curam ulceris matricis et cancri primo quod est in exterioribus. Secundo quod est in interioribus. Dicit primo quod cum a uulua fluxerit sanies spissa aut virus teme si ex propinquo loco manat neque ibi sint profunditas fetida uel putrida sumenda sunt aloes et mirra et sandra et sarcocolla atque olibanum supponendi donec consolidetur. Causa est quia illud est consolidatiuum et intellige precedente mundificatiuo cum tenta infusa in re mundificatiue ut ydromelle uel vino in quo mel rosatum sit dissolutum **Si autem** ponit curam quod est in interioribus dicens si autem ex loco manauit remoto expessario quod nominauimus in capitulo de sanie uel sanie fiat in iectio proluxa quia consolidatiua est et per ista intelligit alia dicta in capitulo de ragadiis ubi posuit plura tam mundificatiua quam consolidatiua **Si aliquid fluxerit** ponit curam ulceris saniosi dicens si autem quod fluxit est fetidum habens malum odorem expessario secundo si autem fiat in iectio per instrumentum causa est quia signum quod prouenit a corruptione seu corrosione materie et mundificatiuum dictum est supra capitulo de ragadiis ubi posuit triplex mundificatiuum **Si vero cum** ponit curam cancri matricis dicens si uero cum hoc affuerit punctio et dolor et apa durum quod tactu discernitur summo opere cauendum est ne ex acuto aliquo medicamine tangatur. Sed fiat in iectio ex confricatione pluribus quam diximus aut exungento decerusa et flobothometur de basilica et custodiat ab omnibus

tolerari nigraz generantibz et senibus et speciebus que pro condimento
administrentur cibis. Causa est quia nullo modo curabilis est et ideo in va-
num ponuntur cauta. Sz sufficiat cura blanditiva cum consolidativis sa-
nici et desiccativis locum prohibentibus ne fiat maior adustio. Cavare
debet cavere a speciebus quia inducunt adustionem cerotio vel unguento
de cerusa etc.

Capitulum de suffocacione matricis

Circa pu-
britaz nota quod suffocatio matricis est ascensus matricis ad su-
periora usque dyafragma racione cuius causatur difficultas an-
helandi et dolor capitis et aliquando sincopis ymo quod prolon-
gatur paroxismus sequitur mors et vidi mori unaz sic. Unquam causatur
ex vaporibus elevatis et causatur a spermate retento ut in viduis que
consueverunt coyre et non coeunt et in puellis adultis vel ex sanguine
menstruo vel humoribus habundantibz in matrice ex quibus elevantur
vapores qui sunt causa suffocationis matricis et dicitur suffocatio.
Nota secundo quod matrix vel movetur ad latus dextrum vel ad latus
sinistrum. Cuius causa est triplex. Prima est duricies orificii interioris
matricis matricis sicut patet in torticia ut quod una pars est desicca-
ta contrahit aliam sicut contingit in spasmo ita similiter una pars
matricis trahit aliaz. Secunda causa est mollificatio matricis
quia matrix racione mollificationis descendit ut in membro paraliti-
co. Tercia causa dicuntur humores superflui positi ad alterum latus ma-
tricis racione quorum descendit ad unum latus quia illa quantitas humorum
facit descendere et curaz istius in fine capituli ponit. Cum me-
strua hoc est capitulum in quo determinat de suffocatione matricis
dicit cum menstrua per longa tempora retenta fuerint aut mulier a
coitu viri abstinuerit licet valde affectavit et evenit gravi-
tas et dolor in inferiori parte seminis post istam fortasse supervenit
ei sincopis et quasi mortua cadat. Comprehendi quoniam vix potest quod capa
attrahit aerem vel habeat pulsum et fortasse suffocabitur et moritur
et fortasse salvabitur laboriose tamen. Nota quod suffocatio differt ab
epilepsia quia in suffocatione matricis mulier tenet manum supra ven-
trem plantam quia ibi est dolor. Unde est quod in suffocatione matricis
non est tanta difficultas anhelandi nec tanta debilitas pulsus
velud in appoplexia. Sed dicitur alitargia quia in litargia esse cum ibi
sit apostema. Sz in suffocatione matricis nulla est febris. Causa primi est
quia ibi est dolor modo ubi est dolor ibi egritudo secundo ampliorem

Quare contingunt mala accidentia quia matrix descendit versus dyafragma
et ratione illius comprimitur pulmo ⁊ non potest dilatari nec constringi et frequenter
contingit mors propter suffocationem quia prohibetur attractio aeris **Hec**
itaque ponit quoddam documentum dicens hec itaque passio subito postquam
venit curanda est quia frequenter inducit mortem quia non potest esse
diu cor sine attractione ⁊ expulsione aeris ⁊ ideo si prolongatur mulier
suffocatur pa[tiens] **Cuius curatio** ponit curam dicens curatio est ut
pedes fortiter fricentur ⁊ ligentur ⁊ ventosa magna umbilico supponatur
obstetrix preparat ut digitum oleo bene redolente inungat ⁊ in circui-
onis volue dicto est virus bene commoveat naribus preterea gariofili i sufflet
⁊ circa aures ipsius voces clamando proferant ⁊ nichil quod bene re-
dolet olfaciat sed bene redolencia ⁊ algalia removeant ⁊ pecten
et eius inferiora ⁊ superiora circa epythimentur ut stercus castoreum
⁊ sulphur Causa est quia illa sunt mordicativa ⁊ acuta ⁊ racione
doloris que inducunt faciunt quod superfluitates descendunt de superioribus
ad inferiora que erant causa ascensus matricis Quare valent li-
gature maxime Causa est eadem quia ad locum doloris trahuntur
humores Quare valet ventosa magna causa est quia trahit mat-
ricem inferius et si sit ventosa dextra habeat orificium magnum ⁊ intus
candela ponatur accensa et vetule bene sciunt isto modo Quare
valent alia causa est quia distrahunt materiam ad oppositum Quare valet
oleum odoriferum Causa est quia inferius debent poni odorifera
ut matrix ibi veniat ⁊ naribus fetida superius quia matrix fugit
fetida Quare valet sternutatio Causa est quia est fortis motus ⁊
irritat virtutem expulsivam omnium membrorum Communiter fit suffumigatio de
asa fetida quia eius odor multum est fetidus Similiter suffumigatio
ut plumis perdicum vel suffumigatio cum soleis calceorum combustorum et
quamvis odorifera sunt multa sint tamen duo specialia unum est muscus
pulverisatus in panno lineo et qui mittatur in collo matricis vel iste pul-
vis ligni aloes storacis calamite gariofilorum ana ʒ i musci ambre
ana ʒ i fiat pulvis ⁊ ponatur in panno lineo ⁊ supponatur Et si omnia
ista deficiant ultimum remedium est quod ponantur suppositoria acuta
dicta in capitulo de provocatione menstruorum trahentia materiam ad inferiora
que suppositoria ponantur in collo matricis Algalia i. confectiones bene
redolentes **Cum autem sanitati** docet preservare qui
provenerit correctione menstruorum dicens cum autem sanitati restituta fuerit
⁊ huiusmodi moderate medicamine curetur ne egritudo redeat quia si hec egritudo

venit post menstruorum constrictorum cadent que menstrua provocant
et minutio fiat a pedibus et ventose apponantur in coxis. Causa est quia
removent causam facientem provocationem que provenit ex retentione me-
struorum pedibus sive de sophena. Si autem Docet preservare que pro-
venit ex dimissione coytus. Si autem contingit propter longam viri con-
suetudinem ex quo sic accidat incipiat habere viri consuetudinem aut
obstetrix cogat eam facere quod prediximus. Medicamine quorum sperma
minuit dentur et dentur trosciscus de mirra quos in capitulo de menstruis
provocandis nominavimus. Causa est quia ista removent causam sive sperma et
specialiter illa que provocant menstrua valent in hoc casu sicut rutha
que habet minuere sperma vel cum resolutivis sicut est agnus castus
et rutha et similia sunt multa. Et fuit quedam mulier bona que audi-
vit de agno casto quod valeret ad castitatem et continuavit quam diu
in cibis ex eo illa fuit multum luxuriosa et non antea. Causa huius
fuit quia erat flegmatica et agnus castus dissolvebat et calefacie-
bat eam et sic fuit decepta. Nota quod Rasis non facit mentionem de pre-
cipitatione matricis et cura eius stat in duobus verbis si precipitatio
matricis venit ex repletione tunc primo matrix est purganda ut
dictum est supra et postea ponatur ventosa maior in contrario latere
precedente balneo aque dulcis. Postea ponatur alia ventosa super
umbilicum et tunc reducta erit ad suum locum naturalem et fiat suppposito-
rium ex cera nova longum et grossum inunctum in oleo de lilio ut sus-
tineat corpus matricis. Postea ponatur emplastrum stipticum supra matricem
dictum supra. Si precipitatio fiat ex mollificatione. Si non fiat ex duri-
cie orificii interioris matricis quod percipitur ex tactu quia tunc cum digito i-
sentiet duritiem et fiat suppositorium cum tenta infusa in ungento molli-
ficante dicto supra et postea fiat balneum mollificativum et ungentum
et duritie remota fiat id quod dictum est statim.

De mola matricis

Nota quod mola matricis est duplex
quedam est vera alia non vera. Vera mola matricis est
carnositas paulatim agregata vel generata in matrice
augmentata ad similitudinem veri fetus que causatur prout
puto quia non invenio aliquem auctorem qui hoc dicat sed est iniatur
dicere quod duritie quod multitudine seminis mulieris retenti in matrice
ratione cuius semen facit motum ad modum fetus semen viri inducentis
vitam in ipso fetu et hoc addo quia potest quod semen viri non habet virtu-
tem sufficientem ad inducendum vitam in fetu sed ratione caloris matricis

et spmatis z menstrui retenti qi vivificaret illa massa q crescat
sicut planta cu in ipo no pt esse vita cu ibi no sit agens sufficiens
alterans sperma mulier. Signa distinctiva dicent in prima pte ca-
pli. Alia est mola matricis non vera et est duplex quedam causat
ex ventositate paulatine agregata in matrice rone cui causat
inflatur venter et si tangat sonat ad modu tympani q similiter
h3 cu ydropisi s. tympanite. Alia causat ex superfluitatibus aquosis
retentis et generatis in matrice rone cui matrix inflat paulatie
ac si esset mulier pregnans cui signu est mollificatio magna ma-
tricis et cu hec dispo ad ydropisim ymo medicina competit ma-
sicut in ydropisi s. alchit. **Plerumque accidit.** Determinat de-
terminat de mola matricis ponendo primo eius signa d. plerumque ac-
cidit mulieribus passio que ex pregnationis dispone in tumescunt ven-
tres eorum crescunt z discolorate fiunt z retinet menstrua motus
qui est in hac egritudine est ut motus infantis lz tamen de suo
moveat loco cu durities tangit. Ad ultimu no cu angustia frust-
carnis informa ac si pareret emittit plerumque sola ventositas
z humorum multitudo emittunt deinde minuetur venter z removetur
accidentia. Nota q quinque sunt signa distinctiva inter conceptu veru
et no veru s. molam matricis. Primu est multum cum commotu quia in con-
ceptu vero tempore in quo dz post 40 dies in masculo gnr e motus
conceptus ad oes ptes ptem s. dextram z sinistram ante z retro sur-
sum z deorsum. Sz in mola matricis no est sic de se ymo adherz
uni loco nisi per violenciam moveatur cu manu ergo dicit Ras. cu
difficultate tangit s. de se no movetur. Secundu signu e mollities
pedum et manuum z specialiter pedum quia in conceptu vero no e necesse
ut pedes mollificentur s. in no vero z est dolor z rone istius calor
nalis debilitatur magis quam in conceptu vero. Tercium signum est fiunt
ex virtute quia tamen mulieres hnt illam molam sunt debiles z spaliter
virtus motiva quia no est apta ad movendum sicut in conceptu no.
Quartum signum sunt ex duritie ventris quia in mola venter est
durior quam in vero conceptu. Quintum ex parte deferendi fetum z hoc ut
plurimum est per novem meses in vero. Sz in mola aliquando stat per totam
vitam, aliquando per annum, aliquando per duos z postea expellit frustum enor-
me carnis ut dicit Ras. Quare crescit venter. Causa e quia au-
getur illa aquositas sive caro. Quare ascendit. Causa e quia
distrahitur calor nalis z sanguis cum spiritu usus matricem. Quare retinet

menstrua causa est quia ratione opilationis matricis Quare in hoc casu non est motus Causa est quia infans per motum adequatum dicitur ponis super ante retro et cetera Sed non mola nisi dividitur tangat et premat Quare emitti frustum carnis Causa est quia illud quod in matrice est aliquando ventositas uel caro secundum quod est alia et alia species mole **Postquam ergo tempus** ponit curam pilla que sumunt pos dicit postquam ergo tempus preteriit ingnorantur primum debere moueri si adhuc est trocis de mirra dandi sunt et apozima de seminibus et oleum de resina est bibendum resina i de senne penthadactuli Nota quod expulsio fetus mortui et prouocatio menstruorum et mole matricis cum eisdem fiunt siue sint abintus siue abextra et recepte dicta sunt supra Dicit in hoc dicitur quia in mola matricis per applicatorem ab exterius ponimus potius medicinas mollificatiuas quam in prouocatione menstruorum et expulsione fetus mortui et debilitatur virtus contentiua matricis et tunc illa mola disponit ad exitum et illa mollificatiua potest esse vngenta uel empla et balnea que dicta sunt supra Ex hoc patet causa quare ista valent quia prouocant menstrua et mollificant et fortificant virtutem expulsiuam et debilitant retentiuam Similiter oleum ualet quia inducit abhominationem et ideo vomitum et vtilis est in isto casu **Pessarium et rutha** ponit curam pessarium dicit pessarium ex rutha et mentastro et aliis que faciunt ad facilem partum sunt in anteda Et tunc subdit curam per medicinam laxatiuam dicit dosis quorum de pillulis fetidis frequenter est tribuenda Causa primum est quia iuuat ad expulsionem mole matricis Similiter adeuacuandum et mundificandum Et in ista alia est unum fortissimum Recipe olei al oppoponaci ana ʒ ij fellis bouini ʒ j pulueris pulueriza miste omnia et fiat suppositorium in liquida forma et si uis ut sit fortius addatur olei ellebori ʒ j Nota quod dosis pillularum fetidarum est a ʒ j usque ad ʒ ij et quia in isto casu sunt fortes infirmitates fortes medicine competunt et cetera diaphor. quanto nigri ellebori pulueris ʒ

De ruptura et euentratia

De ruptura et euentratia Circa rubricam nota quod duplex est quedam inguinalis alia intestinalis Inguinalis est duplex quedam est relaxatio alia ruptura et quoniam ad inuicem et dicitur quoniam quia vtraque est tumor sub umbilico versus latus uel versus inguina et quia in hernia causata ex repletione primus cyfac qui est panniculus intrinsecus ventris quia ille tumor egreditur ad interiora sicut cum digito uel ratione quietus et post illud quod aliquis retinet anhelitum Vel fit hernia intus sine sono et gurgulatione ut dicit La:

lamfrancus Secundo hernia ex ruptura cum sono descendit et gurgulacione et
facilius quam que descendit tota ruptura quam que est sola relaxacio. Alia est
hernia testiculorum et hoc secundum quod dicit G. fit septem modis et nos comprehen-
dimus in sex | una est aquosa | alia ventosa | 3a carnosa | 4a hernosa | quinta
zirbalis | hernia aquosa generatur ex superfluitatibus generatis in bursa tes-
ticulorum racione cuius inflantur testiculi | Cuius signum sunt in tactu et ibi est
mollicies et faciliter cedat tactui hernia ventosa generatur ex ventositate
in bursa testiculorum | quia signum est levitas in testiculis respectu aliarum
herniarum et cum hoc auditur sonus ut sonus tympani et sentitur rigitus
Carnosa generatur ex debilitate caloris testiculorum qui in quantum debilitatis
est causa hernie illius loci Cuius signum est durities magna testicu-
lorum et ex hoc sequitur non est ibi aqua quia ibi non est sed secundum quod omnino in omni aqua-
te est sed hic autem non | hernia humorosa causatur ex discensu multorum humo-
rum ut plurimum flegmaticorum ad bursam testiculorum Cuius signum sunt ex tactu
quia percipitur ad tactum disposicio media inter herniam aquosam et carnosam
nec causatur mollicies sicut in aqua similiter ex opacitate partis patri hernosa
ventosa est inflacio testiculorum burse causata ex multitudine sanguinis
multum replentis venas burse testiculorum et apparent vene admodum vene
venarum versarum et de ista non hic quia inferius de varicibus facit men-
cionem | hernia zirbalis testiculorum causatur ex descensu intestinorum ad
bursam testiculorum et potest fieri ex relaxacione vel ex ruptura dindimi et
est admodum nervi grossi et tunc cadit inter dindimum et inguina | aliquando
ex ruptura cyfacis et quod est in parte inferiori ubi terminatur dyafragma
et illa pars que retinet intestina ne cadant et rumpitur tunc intestina des-
cendunt ad inferiora scilicet ad inguina et tunc est relaxacio in via hic Ras.
determinat de hernia in generali que fit ex relaxacione intestinorum et
de aquosa et humorali et alias dimittit sicut varicosam **Cum ali-
quis** determinat de hernia sine ruptura ponens primo signa dicens cum
aliquis in iunctura ventris que est media quoddam egredi senserit et cum su-
pinus iacuerit et locus digitis compressus fuerit reverterit et cum cessaverit
rursus fuerit passio adest que ruptura dicitur | Nota quod supra testes
sunt tres panniculi Unus est superior qui dicitur mirach et est superior pars
ventris | alter est medius inferior qui dicitur cyfac | et quando est laxacio in isto
et intestina descendunt secundum quod est in inguina dicitur hernia inguinalis
Tercius panniculus dicitur zirbus et est admodum tele aranee et ordi-
natus ad conservandum calorem naturalem intestinorum ex hoc patet

causa quare quod est intestina media regreditur ad inferiora. Et si est fracta
totalis dicitur ruptura intestinorum ut supra. tysach | **Qui hoc patitur**
ponit curam rupture inguinalis ostendens a quibus est cavendum. Et qui
hoc patitur debet cavere ne post comestionem moveat neque comedat
fabas et hoc proprie neque faseolos nec lentes nec olera neque
aliquem cibum inflativum. Studere etiam debet semper ut venter eius sit mol-
lis. Cum hoc namque regimine possibile est eum evadere. Causa est quia fa-
be sunt inflative et causant ventositatem et ideo faciunt tumorem. Quare
venter debet esse mollis quia propter constipationem fit compressio et doloris
augmentatio et ideo non debet ire ne venter cingatur inferius cingulo la-
to quia retentio hac est causa recidivationis istius passionis.
Loco preterea ostendit que competunt super locum. Et loco preterea
supponendum est obstaculum adstringendum et prius cum movere volue-
rit. Et si fuit crassus et habuit ventrem grandem non debet uti motu
nisi prius venter sub umbilico ampla liget fascia. Causa est ne lo-
cus augmentetur ne relaxetur. Et fit commode cum brachali super bra-
chali supra locum. De homine crasso patet cum habeat plures superfluita-
tes. | **Confectio emplastri** ponit curam per confectionem emplastri. Recipe
gallarum cypressi partes ii mirre cypri sansuci gallarum acatie olibani gummi
arabici omnium ana partem i. Cum prius in vino resolvatur. Deinde alia eis ad-
mixta egro iacente supine super rupturam ponat et stringat locus
et non solvat usque ad tres dies vel per septem. Post egro iacente supino
solvatur et isto erecto de eodem emplastro supponat ex hoc enim prohi-
betur ampliari. Causa est quia est stipticum et prohibet apertionem
foraminum ideo valet. Ymmo aliqui curant per emplastrum ymmo dicit Constan-
tinus quod cum brachali et cum bono regimine fuit quidam curatus. Et
ego vidi aliquem curari postquam labia vulnerum sunt indurata et loco
istius possunt esse alia emplastra et emplastrum Lanfranci. Recipe glutinis
piscium ʒ ii colofonie ʒ i et ℥ picis navalis armoniaci ana ʒ i et ℥
madidetur per frusta et infundatur per diem et noctem in sex ʒ aceti et
ʒ ii olei de mastice liquefiant in patella et colentur et colature ad-
dat mastices thuris boli armeniaci mumie sanguinis draconis dragaganti
farine fenugreci subtiliter pulverisati ana ʒ ii misce omnia agitando
et fiat emplastrum. Aliud emplastrum. Recipe radices trium consolidarum radicis fabe
inverse visci quercini ana ʒ ℥ mastices olibani aloes ana ʒ ii boli
armeniaci gallarum nucum cypressi dragaganti gummi arabici ana ʒ i.

acatie psidie balanstie an. ʒ. ß. san. dra. ʒ. ß. pilorum lepor. ʒ. iij. terpi
syrum ʒ. j. picis navalis ʒ. ij. tere none ʒ. v. pul. da pul. tur. liq-
fianda liquefiant misce omnia malaxando cum oleo ros. et fiat
emplm et ponatur in loco rupture et ponatur brathale desuper. Et hoc
nota quod aliqua sunt que accepta per os multum valent in ruptura.
Primum est experimentum lamfranci ut quolibet mane bibat pa. ʒ. ß. pul.
radicis valeriane cum vino. Secundum est nasturtium integrum assatum
administratum cum latte coctum et administrentur ʒ. ij. in una vice. 3m
est experimentum Gordonii. radix brusci minutum incisi administratur
in vino. 4m est experimentum cui magis adhereo potus vini non
aqua decoctionis cypressi et addidem ualet sirupus factus ex nuce
cypressi et sumatur ʒ. j. **Cum autem intestina** habet dicit mat
